



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Canis Austriacus vocatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

loco significabitur) compendium breuius par-
 uulis duntaxat accommodatum: & primam il-
 lam sæpius recognitam summam, tandem supre-
 ma quasi apposita manu, graui disputatione de
 primi hominis lapsu, deque Iustificatione addita
 anno salutis humanæ, 1566. euulgauit. Quode
 opere, si cui cura sit plura nosse, præfationem pla-
 ne sapientem adeat editioni illi præfixam, quam
 senatui, populoque Coloniensi inscripsit. In ea-
 dem & Ferdinandi, & Philippi perhonorifica li-
 cebit edicta reperire.

Ceterum quantus statim Hæreticos ab Cani-
 fio terror inuasit, vel inde fit palam. Albertus
 Bauariæ Dux in Conuentu, quem Landeshutæ
 habebat, cum nobilium quidam, comperto la-
 borare Principē difficultate pecuniæ, occasione
 temporis vtendum rati efflagitare cœpissent li-
 beram Lutheranismi professionem proditæ reli-
 gionis mercede collationem vendituri, magno
 Christianoque pectore impia postulata reiecit.
 Tum Hæretici causam repulsæ in Cancellarium
 Bauariæ, & in Canisium contulere; quem iam
 vulgo Canem Austriacum vocitabant, haud sa-
 ne prorsus immerito. Erat scilicet non mitorum
 Canum

*Canisius ter-
 rori Hære-
 ticus.*

*Canis Au-
 striacus
 vocatur.*

Canum è numero, qui latrare non valent, sed qui de
vigil ad excubias, fortis ad pugnam ab ouili fan off
cto Domini luporum rabiem arcens, longe om m
nia, lateq; voce sonora salutiferoq; latratu con pr
plebat. Viennæ quoque cum quidam è corpo sci
Professorum sapientiæ, hæresis crimine datus e
set in carcerem, reus agebatur Canisius, qui regi qu
iussu doctrinam hominis explorarat: ac breuite ba
quicquid pro religione fortius decerneretur, tan tiu
quam immanis, ac ferus, tanquam perturbato fat
publici status lacerabatur Canisius. Verè enim co
S. Ambrosius, semper, inquit, Christi laudes ve et
bera perfidorū sunt: & nunc cum laudatur Chr ad
stus, dicunt Hæretici quia seditio commouetur ex
Dicunt Hæretici quia his mors paratur: & ver co
mortem habent in laudibus Christi. Porro Can vlt
nisij odium apud nouarum superstitionum Ma ti
gistros, ac defensores vsque eo processerat, vt bon ec
censerent tutum ei non esse tentare iter per Au cl
striam, Sed ille odium eiusmodi reponens in in
nificio, Deoque gratias agens, quod gemina illa p
sanctorum propria dote recta simul perpetrandi, se
& iniqua perpetiendi, aliqua ex parte se quoq; di
gnaretur, quoties obiectarentur pericula, respon
debat.

*Or. de trad.
Bas.*

*Rius constan-
tia.*